



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Evangelistarivm M. Maruli Spalaten. opus vere
euangelicum, sub fidei, spei & charitatis titulis in septem
libros partitum**

Marulić, Marko

Coloniæ, 1532

VD16 M 1298

de obedientia deo præstanda. ca. 9.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35578

exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Cæterum ibi quoq; terribiliter minatur superbis dominus, vbi ait, Et tu Capharnaum, nunquid vsq; in cælum exaltaberis? vsq; in infernum descendes. vt videlicet pœna delicto respõdeat, & quanto quis altius erigitur, tanto inferius labatur & corrumpatur. Hinc est ille angeli in Apocalypsi clamor, Quantum glorificauit se, & in delictis fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Et cum hæc ita sint, nonne fidelissimo cuiq; ab arrogantia, fastu, atq; superbia maxime abhorrendum sit & enitendum, vt humilitatem, mansuetudinem, humanitatemq; sequatur? Id demum ita seruare poterit, si in omnibus ei qui omnibus præsidet, prærebit. Quam rem vt impensius præstet, nunc de ipsa obedientiæ virtute tractationem spiritu sancto fauente aggrediemur.

Mat. 18

Apoc. 18:

De obedientia deo præstanda.

Caput IX.

Primum omnium deo obediendum est, deinde aliis propter deum. Nemini autem in eo gerendus mos est, in quo offenditur deus. Omnia extrema prius perpetienda sunt, quam contra dei iussa, mandata, leges aliquid agendum. Nec vnquam dubitandum, quin illud bonum æquumq; sit, quod iussum a deo atq; constitutum fuerit. Cuius vnus sapientia nunquam errat, & bonitas nunquam a sui perfectione defleuitur. Cuiuscunq; igitur ita vt oportet de deo persuasum fuerit, non inquireret quare sic aut sic aliquid ille iubeat siue mandet, sed tantum quod imperatum est, id persequatur atq; perficere curabit. Abraham filium immolare iussus, non respondit quod in illo sibi promissum esset semen, quod in illo benedicendæ erant gentes. Credidit enim cuncta euentura quæ deus promiserat, etiam ipso mandato, in quo promissa ista implenda erant. Ideo tacitus maturabat quod iussum fuerat, perficere. Deniq; filium vnigenitum vnice dilectum, vt deo obtemperaret, suis interfecisset manibus, nisi is qui iusserat, rursus in

Gen. 22:

- hibuisset. Sic pbatus, cum vnus tm̄ esset genitor, oīm in Ch̄o credentium constitui meruit p̄. stellas numerare iubetur, in eaz̄ comparatione filios habiturus. Amalechitasq; regem Samuel, ppheta in frustra discidit, cui vi-cto Saul rex pepercerat. maiorisq; pietatis exemplum p̄buit Samuel, quia homini nō pepercit, vt deo obediret. a Saule aut̄ tollit̄ regnum, & alteri dat, quia illum quem iussus erat interficere, viuere permisit. Nō itaq; pius, sed impius ē habendus, qui dñi transgreditur legem, vt seruo indulgeat & blandiatur, magisq; hominē offendere metuit, mortalē, fragilem, caducū q̄ deum immortalem æternū, oīm̄potentē, omnīū q̄ vbiq; sunt opificem, oīm̄ dñi mac̄ moderatorē. Quid vxore, qd̄ liberis in vita charius? legimus tm̄ illos qui de Babylone cū Edra sacerdote postliminio redierāt, cū didicissent ex lege diuinanon licere sibi alienigenis mulierib. copulari, cū illis q̄s duxerāt, diuortiū fecisse, ac de ip̄is genitos abdicasse. Vincere em̄ debet oēm erga alios amoris affectū sola deo parēdi atq; obsequendi sedulitas. Quę p̄fecto si nobis cōtigerit, nullus hominū timor obstabit, nullus pudor, quin agamus, quicquid vel a domino, vel a pontifice vel a collegi nostri p̄posito iniunctum fuerit. Non timuerunt sancti prophetæ magnos reges coram arguere, neque populo plebiq; aduersa denunciare, cum a domino mitterentur. Non erubuit Isaias deposito quo indutus erat cilicio nudus per vrbem incedere, & regum necessitudine nobilis pudendum de semetip̄o detectis naribus spectaculum publice p̄bere, quia ille qui super omnes est iusserat, vt per hoc Aegyptum & Aethiopiam ab Assyrijs despoliandam significaret. Magno igitur animo omnibus in rebus diuinæ optemperandum ē iussioni. Contempserunt Apostoli impiorum contumelias, verbera, minas omnes: & cum compellerentur ne Christum p̄dicarent, responderunt, deo magis quam hominibus obedire oportere. Et nisi domino nostro obedierimus, ne diligere quidem illum conuincemur. Si diligitis me, inquit, mandata mea seruate. Et iterum: Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est qui diligit
- Samuel. 1. Reg. 15.
1. Efd. 10.
- Isaiæ. 20
Isaias.
- Apostoli. Actu. 5.
- Iohan. 14.

De charitate Liber VII 475

me. Idē rursus ait. Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Mentit̄ igit̄ q̄ se deū diligere dicit, & q̄d ille imperauit, hoc exeq̄ negligit. Quod v̄bis profiteris, operibus cōproba, & quod promittendo iactas, verū esse obediendo oñde. Ad testandā erga deum charitatē nihil magis necessarium est, q̄ ipsa obedientiæ v̄tus, vt videlicet facere studeamus quod ille imperat, & eo q̄d prohibet abstineam⁹. Cuncta q̄cunq̄ sunt, autorē suum agnoscunt, & ei obtemperant. Cælum, terra, mare, volucres, pecora, pisces, nec animantia tm̄, verum etiā inanimata eandem naturam seruant, quæ illis ab initio est collata, & nunq̄ ordinem suum, quem a conditore acceperunt transgrediunt̄. Vnde psalmista dñm alloquitur & ait. Fundasti terram & permanet, ordinatione tua p̄ seuerant dies, qm̄ oīa seruiunt tibi. Et in alio psalmo dicitur. Ignis, grādo, nix, glacies. sp̄s p̄ ocellarum, quæ faciunt v̄bum eius, montes & omnes collēs, ligna fructifera & omnes cedri. bestia & vniuersa pecora, serpentes & volucres pennatæ. Cuncta igitur quæ subsistunt, v̄bum dei faciunt, bruta vtiq̄ ratione carentia, sensibilia atq̄ insensibilia, & nos q̄s ille intellectu donauit, veritatis cognitione illuminauit, æternis bonis dignos reddidit, non faciemus? Creatori, redemptori, saluatori n̄o non parebimus? Non ille n̄a indiget obedientia, sed nos illius indigemus imperio, qui deo imperat aliquid, vt bona conferat obedientibus. Quæ aut̄ his q̄ obediunt conferenda sunt, obedire nolentes mereri non poterunt. Qualia v̄o & q̄ta sint obedientium bona, docebo, si prius quibus post deum obediendū sit, viderimus.

Quorum imperio parendum sit.

Cap. X.

Omnibus illis qui nobis iure præsumunt, obedire nos oportet, dummodo id iubeant, quod diuinæ non aduersatur iussioni, neque eorum qui præsidibus præsumunt imperio. Vt semper maioribus honor deferatur in obediendo, dicente Apostolo. Rom. 13.
Omnia anima potestatibus sublimioribus subdita sit,